

**Cicero, In Catilinam 4,3**

[4,3]	Kursusform
Quare, patres conscripti, _____	
consulite vobis, _____	
prospicite patriae, _____	
conservate vos, coniuges, liberos _____	
fortunasque vestras, _____	
populi Romani nomen salutemque defendite; _____	
mihi parcere ac de me cogitare desinite. _____ <i>parcere = (ver-)schonen + Dat.</i>	

<p>Nam primum debeo sperare</p> <p>_____</p>	
<p>omnis deos,</p> <p>_____</p>	
<p>qui huic urbi praesident,</p> <p>_____</p>	
<p>pro eo mihi,</p> <p>_____</p>	
<p>ac mereor,</p> <p>_____</p>	
<p>relatuos esse gratiam;</p> <p>_____</p>	
<p>deinde, si quid obtigerit,</p> <p>_____</p>	
<p>aequo animo paratoque moriar.</p> <p>_____ .</p>	

<p>Nam neque turpis mors</p> <p>_____</p>	
<p>forti viro</p> <p>_____</p>	
<p>potest accidere</p> <p>_____</p>	
<p>neque immatura consulari</p> <p>_____</p>	
<p>nec misera sapienti.</p> <p>_____</p>	
<p>Nec tamen ego sum ille ferreus,</p> <p>_____</p>	
<p>qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis</p> <p>_____</p>	
<p>maerore non movear</p> <p>_____</p> <p><i>movear = konsekutiver Konjunktiv</i></p>	

<p>horumque omnium lacrimis,</p> <p>_____</p>	
<p>a quibus me circumsessum videtis.</p> <p>_____</p>	
<p>Neque meam mentem non domum saepe revocat</p> <p>_____</p>	
<p>exanimata uxor</p> <p>_____</p>	
<p>et abiecta metu filia</p> <p>_____</p>	
<p>et parvulus filius</p> <p>_____</p>	
<p>quem mihi videtur amplecti</p> <p>_____</p>	
<p>res publica</p> <p>_____</p>	

<p>tamquam obsidem consulatus mei,</p> <p>_____</p>	
<p>neque ille,</p> <p>_____</p>	
<p>qui expectans huius exitum diei</p> <p>_____</p>	
<p>stat in conspectu meo, gener.</p> <p>_____</p>	

Moveor his rebus omnibus, sed in eam partem, uti salvi sint vobiscum omnes, etiamsi me vis aliqua oppresserit, potius quam et illi et nos una rei publicae peste pereamus.